

3:00 May

S. d. 247

Theol.
W. C. 8.

Q. D. B. V.

h VERBA CHRISTI

MATTH. XIX, 28. 29. 30.

VARIIS OBSERVATIONIBVS PHILOGICIS

ILLVSTRATA.

DISSERTATIO PHILOGICA,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, RELIQA,

IN ACADEMIA IENENSI

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV

DIE XXX. IVLII AN. M DCC XXIX.

Si Deus voluerit

PUBLICO ERVITORVM EXAMINI

SUBIICIENT

M. AVGVSTVS GOTTLIEB
SPANGENBERG

ET RESPONDENS

GOTTFRIED CLEMENS

BEROLINENSIS.

IENAE,
LITTERIS BVCHIANIS.

M. AGESTAS GOTTLIEB
SPANGENBREGE
GOTTHIED OTREMENS
LITTERIS BACHINIS
IENAE

AERBA CHRISTI
MATH. XIX. 23. 30.
AVENS OSERVATORIAE THEOLOGICIS
DISSESTITIO THEOLOGICAY
DOMINO
GAIETMO HENRICO
AMPHISMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
CONSENSA
DIE XXVII. DECEMBER MDC XXXX
ABRIGO LIBRARIORVM EXAMINI
IN ACADEMIA IENENSIS
DUCIBVS MONTEBVS CITHARIS, MONTAV
LUDOVICVS WILHELMVS BEIGA
IN ACADEMIA IENENSIS

VR PLVRIMVM REVEREND

CLARISSIME

V I R O
PLVRIMVM REVERENDO
CLARISSIMO, DOCTISSIMO
**M. IOANNI VLRCICO
HILDEBRANDO,**

VERBI DIVINI MINISTRO
TEMPLI St. ANNAE
QVOD EST AVGVSTAE VNDELICORVM
MERITISSIMO.

PRAECEPTORI SVO

PIE COLENDO.

VIR PLVRIMVM REVERENDE
ATQVE
CLARISSIME.

A I R O
PLVRIMVM REVERENDO
CLARISSIMO DOCTISSIMO
M. IOANNI ALRICO
HILDEBRANDO

*S*ingularis amor erga me *TVVS*, quo
me, quam diu *TECM* hic mihi vi-
uere contigit, maximis *TVIS* iuuisti
atque exornasti meritis, tantus est, ut, nisi
quauis data occasione gratum meum *TIBI*
declararem animum, larga mihi erubescendi
subeffset caufsa. Non solum enim ingenium me-
um, quod diffuebat vanitate, doctrina sanio-
ri

ri imbuisti, & ad diuinam voluntatem for-
masti atque composuisti: verum etiam fortu-
nae, qua vtebar, sortem adeo curasti, vt meas,
quibus adfligebar, TVAS esse putares, vices.
Et licet non ignorem, eam esse horum bene-
ficiorum, quae, pro diuina, qua flores &
gaudes gratia, in me contulisti, & multitudi-
nem & magnitudinem, vt ne agere quidem,
quae iis respondeant, gratias, multo minus re-
ferre valeam: tamen cum amor, quo te colo,
a me aliquod saltem requirat documen-
tum; hanc dissertationem, quam pree-
side Viro claris. M. SPANGENBERGIO,
TIBI non minus quam mihi amicissimo, eru-
ditorum limae adieci, clarissimo TVO nomi-
ni inscribere, mearum duxi esse partium. Cum
que Deus eo TE tam munere, quam animo
exornauerit, vt, & arcana Christi dispensare,
& hominum salutem, pro TIBI largiter con-
cessa gratia, quaerere, vnicie TIBI constitu-
tum sit: nullus dubito, quin hasce paginas,
quibus quaedam Scrutoris verba consideran-

) (2

tur,

tur, beneuole accepturiis sis; cum & in iis,
inueniantur, quae TIBI non ingrata sint.
Amplissima certe TIBI, qui Christum omni-
bus anteponis, constituta esse praemia inde in-
telliges: quamquam illud, me non monente,
hanc ignoras, qui doctrina diuiniori abundas.
Ego vero, Deum enixe rogo, ut sua gratia
TE instructissimum quotidie augeat, & ma-
iora voto & opinione TIBI bona tribuat.

VIR PLVRIMVM REVERENDE
NOMINIS TVI CLARISSIMI

Daham Jenae
Die XXIII. Iulii
M DCC XXIX.

deuotissimus cultor
GOTTFRID CLEMENS



in auctoritate etiam quodlibet deinde
non possumus credere nisi in
monibetum meum
non potest esse nisi in
ceteris autem libris quodlibet
nisi in libro eiusdem auctoritatis.

Q. D. B. V.

§. I.

Tsi philologia non minus, quam artes aliae, eiusmodi educit fortē, ut male multis saepenumero subseruat, qui partim, ea nimis capti, raro eius consequuntur finem, partim eam ad evuertendas diuinās veritātes improbe usurpant: tamen, si tam inuestigando vero,* quam falso destruendo,** adhibeatur; utilis non modo, verum etiam pernecessaria putanda est. Quae enim eas cumprimis linguis docet, quibus diuini viri sua concinnarunt scripta; plurimum certe confert ad confirmandum animum in iis veritatibus, quibus & fides, & salus nostra nititur.

* Quamuis enim versionibus diuinārum litterarum multis gaudemus, quas fides pariter ac diligentia doctissimorum hominum commendant: tamen, cum horum nemo vacuus erroris sit; linguarum expers multum in iis incerti habebit. Cum etiam fieri nequeat, quin menti auctoris verba, quae ipse exquisiuit, magis respondeant, quam illa, quae alii eius cogitatis accommodarunt: eo minus dubitari potest, quin philologia, quae vtriusque instrumenti linguam tradit, princeps paret subsidium excutiendo vero

vero sensui; quo certius aliunde constat, nec vocibus sacrarum litterarum originem diuinam esse denegandam. Et quemadmodum philologia antiquitatem pandens linguae mortuae plurimas euoluit dictiones: ita multa sacri codicis loca, nobis ob antiquos ritus obscuriora, sua illustrat luce. Et quidni vacemus philologiae, quam ne ipse quidem Paulus, diuinus scriptor, in eruenda veritate, putauit negligendam? e. g. *Ebr. VII, 2. seq.* *Gal. IV, 25.*

** Rectius enim veritatis aduersarios, quorum habemus miram multitudinem, ad saniorem mentem non reuocauerimus, quam si philologia, qua saepe nituntur, ita utamur, ut suomet illos iugulemus gladio.

§. II.

Tanta itaque commoda cum secum ferat philologia: ingenii vires, exiguae illas quidem, Deo tamen dicandas, explicaturi, eamdem illustrans Christi verbis, *Matth. XIX, 28, 29, 30.* si idem nobis sua gratia adfuerit, adhibituri sumus. Haec autem sunt Seruatoris nostri verba: Ἐμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀπολαθήσαντες μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ θύς τῷ αὐθεάπτῳ ἐπὶ θρόνῳ δόξης αὐτῷ, καθίσεθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνοις, κρίνοντες τὰς δώδεκα Φυλὰς τῷ Ισραὴλ. Καὶ πᾶς ὁ ἀφῆκεν ὅνις, ἢ ἀδελφὸς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα ή γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ σύγρρος, ἐνεκεν τῷ ὄνοματός με, ἐκπούταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσεται. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔχατοι καὶ εχατοι, πρῶτοι.*

* Quae verba latine sic reddenda putamus: *Hoc certo vobis confirmo: vos, qui me sequuti sequiturique sequimini, in statu reno- uati mundi, cum sedenter homo in throno suo glorioso, vos, in- quam, etiam sedebitis in duodecim thronis, et iudicabitis duodecim tribus Israel. Sed et quisque, qui vel domos, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel uxorem, vel liberos, vel agros mei nominis causa reliquerit, centuplum adipiscetur, et aeterna vita hereditatis iure poticur. Sed multi primi, erunt ultimiis et vltimi, primi.*

§. III.

§. III.

Felici vero pede inuestigaturos dictionum significationem, ad scopum omnis sermonis praecipue animaduertere oportet. Neque enim fieri potest, vt de verborum vsu definite exponamus: nisi, quo fine dicta sint, perspectum habeamus atque exploratum. Scopum vero dicti huius designaturi ad eius cum superiore,* tum inferiore scripturam ** respicere debemus.

* Superior scriptura docet, Iesum conuenisse adolescentem diuitem, *Matth. XIX. 16-22.* qui, cum salutis viam quaereret, v. 16. & recte a se facta iactitaret, v. 20. suas tamen facultates Christo anteponeret, v. 21. 22. Vbi postquam Christus suis discipulis, longe difficillimum esse, vt in diuinum regnum ingrediatur fretus opibus, etiam atque etiam confirmauerat; v. 23, 24. tum Petrus, *Ibd.*, inquit, ημεῖς ἀφύκαμεν πάντα, καὶ ἡκόλῳθήσαμέ σοι τὸ ὄφεα ἔσαι ἡμῖν; en, nos te sequunt omnia reliquimus: quid ergo hinc assequemur? Quae quidem verba duplēcē produnt animi affectionem, laudandam alteram, alteram vituperandam. Vituperanda mercedis, qua laborabant, famēs; laudanda, qua Christum, omnibus posthabitis, sectabantur, erat diligētia. Hanc igitur vt vehementer probat optimus Seruator, amplissima ei præmia proponens, v. 28, 29: sic illam compescere, & sorte sua gaudere, sapienter monet, v. 30. seq. Vnde dicti nostri scopus est planissimus.

** Idem ex scriptura inferiore, præmia operariorum in vinea commemorante, patet. Viri quidem docti hac de parabola in tot sententias loquuntur, vt multo incertiorem faciant certi cupidum lectorem. Qui vero simplici oculo omnem rem subiiciunt; ii breuissima ad veritatem via tendunt. Duplex nimirum operariorum genus narrat Seruator optimus; alios, qui primo mane in vineam dimissi, *Matth. XX. 1. 2.* & onore ac ardore diei pressi, v. 12. per sordidam cupidinem mercedis, v. 2. 10. & indignatione patrem familias, v. 11. & inuidia commilitones, v. 12, 15. laedebant; alios, qui vnam tantum horam operati, v. 6, 12. aequo patris familias arbitrio mercedem permittentes, v. 7. non minus ac illi, denario donabantur, v. 9. Vtrosque in scenam producit Christus, partim planum facturus discipu-

lis, qui ipsum sequuti omnia reliquerant, *Matth. XIX*, 27. certissima eos, vt omnes operarios, *cap. XX*, 8-10. manere praemia, partim iisdem, mercedi inhantibus, & aliis se praeferentibus, *cap. XIX*, 27. monstraturus, iniquissimo esse animo, qui, opere diuino faciendo, spretis aliis, mercedem sibi querant, *cap. XX*, 10. Hunc ergo scopum cum omnis sermo fundat: quis est, qui, cum Christo fuisse constitutum, neget?

§. IV.

Perspecto atque constituto omnis sermonis scopo: de ipsa Seruatoris sententia dispiciemus, instituti memores, adhibita philologia, explanatur intellectu difficiliora. Ne vero nullo ordine dicamus, qui maximum tractationi lumen adfert: partite, vt poterimus, cuiusque versus subiectum pariter ac praedicatum narraturi sumus.

§. V.

Ex verbis itaque *vers. 28.* ὑμεῖς δὲ ἀπολογοῦσθεντές mei subiectum constat. Vox ἀπολογοῦσθεντή, cum generatim aliquem sequi, eamdemque cum illo viam inire significat: tum speciatim quod loca *Matth. XXVII*, 55. *Marc. XV*. 14. *Luc. V*, u. docent, eos innuit, qui siue manentem siue egredientem, ita cingere, vt nisi iussi, non discedant, suarum putant esse partium. Interdum etiam eos indicat, qui animum appulerunt ad imitandum aliquem; conf. *Matth. X*, 38. *Ioan. X*. 27. *I. Petr. II*, 21. Hic posteriores significations locum obtinere & posse & debere, cum superiora verba *vers. 27.* quae iam ponderauimus, * tum inferiora nostri commatis verba ** comprostant euidenter. Quare Christus per vocem ἀπολογοῦσθεντής meos designare voluit, qui tantum id agebant, ut omnibus relictis, corpore non minus quam animo ipsum sequerentur, diligentissimeque comitarentur.

* Vid. supra §. III.* Nam inde discimus, rem esse seruatori cum discipulis ipsum sequutis: qui et si gaudebant re familiari, quod tam

tam ex verbis Petri: ἡμεῖς ἀφίκαμεν πάντας, nos omnia reliquimus, v. 27. quam ex Matth. IV, 21. seq. Luc. V, 3. Ioan. XIX, 27. liquet; ea tamen omni neglecta, toti seruatoris disciplinae se tradebant, nec eum eius deserebant in tentationibus, Luc. XXII, 28. Unde patet, rem ipsam hic iubere, ut aoristus graecus, quod alias etiam non est insolens, (conf. SALOMO GLASSIVS in philolog. sacra lib. III. tract. III. cap. XLVII. p. m. 883. seq.) partim praeteritum, partim praesens, partim futurum tempus, innuat; ut Christus voce ἀκολουθίσαντες eos designet, qui se sequuntur sequuntur sequebantur. Quamuis enim discipuli ad praedicandum euangelium in omnes Iudeae vrbes a Christo mitterentur, Matth. X, 5. seq. ideo tamen non magis eius sectatores esse definebant, quam seruus, heri mandata exaudiens, aliquo missus, eumdem herum respuit.

** Priora verba Petri v. 27. ἡμεῖς ἀφίκαμεν πάντας, nos omnia reliquimus, Christum sequitos esse corpore discipulos, testari, audiuiimus: iam posteriora Christi verba: καθίσοσθε καὶ ἡμεῖς ἐπὶ δόνεσσι θρόνοις κ. τ. λ. sedebitis in duodecim thronis &c. confirmant, voce ἀκολουθίσαντες & eos intelligi, qui Christi disciplinam amplexi, omnem vitam ad eum imitandum componebant: quandoquidem fieri nequit, ut tanta quis felicitate potiantur; nisi summo studio laboret, ut serio per totius vitae decursum Christi legit vestigia.

§. VI.

Quod Christus disciplinae suae studiosis praemium proponit, vers. 28. praedicatum est habendum: καθίσοσθε καὶ ἡμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνοις, κείνοντες τὰς δώδεκα ψυλὰς τοῦ Ιορδάνη, vos eriam sedebitis in duodecim thronis, & indicabitis duodecim tribus Israel. Sedem non vulgarem, sed eximiam, putandam esse θρόνον, * graecis litteris imbutum fugit neminem. Non magis obscurum est, summos in primis magistratus thronis, auro alioque splendore fulgentissimis, ut solitos. Quocirca planum planum facere superuaneum existimamus. ** Interim id adfirmari licet, tales hic a Christo thronos innui, quales nulla umquam vel sollertia vel opulentia, quamvis amplissimam hanc, illam ingeniosissimam fingas, peperit. ***

Quibus

Quibus gloriōsis sedibus cum apostoli dicuntur gauisuri:
nādīrētē ēpi dādēnā dāgōvōs, seđebitīs in duodecim thronis; disce-
dere a sensu litterali, nulla, quae momentum trahat, ratione
cogimur.*

* Indolem thronorum facile considerare potuissimus; nisi
videremur actum agere, vbi CAMPEGIVS VITRINGA, in obseruat.
sacr. lib. IV. cap. IV. V. omnem rem doctissime exposuit.

** Generatim ergo hic tantum obseruamus, miram fuisse plu-
rimarum nationum, quae orientem spectant, in fingendis regum
thronis, & artem & magnificentiam. Cum enim & reges mirifice
colerent, & luxum vehementer probarent, & summa opulentia gau-
derent, & vterentur acutissimo ingenio: quis, eos, opera, in regum
augenda pompa, & solio ornando, posita, eximiit quid praestitisse,
dubitauerit? Quando vero humana arte adornandos thronos, Christus
de futuro aeuo differens, hic non significat: horum specialior
narratio ab instituto nimium videtur ablusura.

*** Cum enim apostolorum throni throno Christi, qui tanto
maiori praestat excellentia, quanto inferiori a Christo vtuntur forte
reges potentissimi huius saeculi, conferuntur: tum scopus sermonis,
quo infinita apostolis proponuntur praemia, thronos non vulgares,
sed pereximos, nos iubet intelligere.

* Etenim verum cum resurgat corpus I. Cor. XV. 44. & ipse
Christus corpus habeat, Luc. XXIV. 39: quid mirum, si & sedem
occupent: et si vt corporum, ita sedium, huius & futuri aeuo di-
uersam fore rationem, nemo non perspicit. Vnde intelligitur, haec
verba verbis Petri: ημεῖς ἀφίκαμεν πάντας, καὶ ἡκόλουθοι σαμέν σοι, nos
te sequuti omnia reliquimus, apprime respondere. Quemadmodum
enim de suis factis, vbi ex tranquillitate vitae in multa transierant
incommoda, discipuli gloriantur: ita eos, in solio collocandos,
aeternum duratura quiete gauisuros, & labore maius praemium con-
sequuturos, etiam atque etiam confirmat Christus.

§. VII.

Vt vero qui in throno sedent, regia simul vtuntur ma-
iestate: ita, quin discipulis imperium cum sede concedatur
regia,

regia, non est quod dubitemus.* Verum ne huius mundi fore putarent tantam gloriam apostoli: ad tempus futurum futuro tempore καθίσεος eos respicere admonet; ** simulque gloriam hanc in infinitum duraturam futuro hoc tempore καθίσεος docet. *** Quemadmodum etiam verbum hoc καθίσεος in genere medio collocatum indicat, quod non sine ratione verti possit: *in thronis collocati, sedetis.* *

* Saepe enim in scriptura sacra *sedere in throno*, idem esse, quod *potiri regno*, tam ex *Psalms IX. 5. XLVII. 9. CX. 1. coll. I. Cor. XV. 25.* quam ex aliis locis, conficitur: de qua metonymia pluribus exponit SALOMO GLASSIUS in *philolog. sacr. lib. V. cap. IV. p. m. 1093.* Hic vero eamdem metonymiam compare, firmissima euincunt argumenta. Primum particula καθίση vera tenda hic, ut saepe alias, (conf. SALOMO GLASSIUS in *philolog. sacr. lib. III. tract. VII. can. IV. p. m. 804.)* per etiam, nos ita sentire iubet. Haec enim respiciens ad verba: ὅταν καθίσῃ ὁ ὄντος τοῦ ἡ̄ρωῶν ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, cum sederit homo in throno suo glorioso, luculenter, fore, docet, ut eodem, quo Christus modo apostoli in thronis sedeant. Sicut ergo Christus throno simul cum imperio potitur; *Ebr. I. 8:* ita apostolos in futuro aeuo non minus regnum, quam thronum, occupaturos, inde discimus. Idem ostendit scopus sermonis a seruatore habitii: qui cum ingentia apostolis proponat praemia; sedem tantum, non vero potestatem regiam, hic innui, quis confirmauerit? Non enim promissis ludit ipsa veritas. Denique ex dicto parallello euidenter patet, regnum apostolis portendi, quando in thronis sessuri memorantur. Quod enim hic dicitur: καθίσεος ἐπὶ δόξαις θρόνοις; id *Luc. XXII. 29. 30.* καθίσεος δικαιομένων, καθίσεος δικαιόμενος δικαιούμενος. Ιντε ἐδίκτυε καθίσης ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. *K. T. A.* Ego regnum, quemadmodum mihi pater meus legauit, sic vobis lego, ut comedatis ēbibatis in mensa mea in regno meo cet. ex primitur. conf. *Apoc. II. 26. 27. 28. II. Tim. II. 12.*

** Non minus enim discipuli, quam Iudeorum reliqui, in ea versabantur opinione, regnum Messiae huius mundi fore. conf *Math. XX. 21. seqq.*

b

*** Hanc

*** Hanc enim gloriam cum nullis limitibus Seruator circumscripsit; male omnino ageret, qui illi aliquem constituere conaretur terminum. Quid? quod omnis sermonis series, non nisi infinitum tempus futuro καθίσετε hic indicari, nemini obscurum esse finit. Nam eodem, quo Christus, modo apostoli throno usuri dicuntur: καθίσετε καὶ υπάς ἐπὶ δωδεκα θρόνοις, vos etiam sedebitis in duodecim thronis. conf. Apoc. III, 21. Sed Christi regnum omni fine caret. Quis est itaque, qui regno apostolorum limites poneare audeat?

* Cum enim vox καθίσετε & sedere & constituere significat: tum verba media interdum actiuam & passiuam significationem simul sustinent, auctore celeb. CHRISTIANO STOCKIO in *interp. graec. nov. testam. cap. IV. §. 73. p. 66.* Res vero ipsa postulat, ut ea ratione vox καθίσετε hic exponatur. Nec enim fieri potest, ut apostoli sua virtute thronum occupent; sed pater in caelis eosdem iuxta Christum tanto habiturus est honore. conf. Rom. VIII, 17. Cumque ne huius quidem mundi vlla, nisi a Deo, sit potestas; Rom. XIII, 1. Ioan. XIX, 11. quis futuri aevi regnum quemquam sibi ipsum posse sumere, existimet?

§. VIII.

Et quoniam perspectum atque cognitum Seruator optimus habebat, quam alienum sit ingenium humanum a benignissimis promissionibus credendis: non tantum verbo καθίσεσθε, sedebitis, ad apostolos respicit; verum etiam pronome υμεῖς, vos, ter repetito, * & numero duodenario thronorum, ** adiecta confirmationis dictione ἀμήν, *** certissime hanc gloriam apostolos exspectare iubet.

* Rem esse Christo cum apostolis, vers. 27. docet. Neminem ergo, nisi apostolos, dum dicit καθίσεσθε, sedebitis, innuit Seruator. Ut tamen eorum animos magis confirmaret; eosdem ter pronome υμεῖς vos alloquitur. Primum λέγω, inquit, υμῖν, dico vobis, &, sibi, quae dicebat, dici, eos recordari iubet. Deinde addit: ὅτι υμεῖς: ubi quidem pronomen υμεῖς vos magnum sermoni pondus addit, &, solos hic apostolos intelligi, demonstrat. Non raro enim pronomen absolute & emphatice, tum apud Ebraeos, tum apud

pud Graecos ponit, ex I. Paral. XXVIII, 2. Esaiā LIX, 21. Esaiā LXVI, 18. I. Ioh. II, 27. ostendit SALOMO GLASSIUS, l. c. lib. III. tract. I. canon. XXVIII. p. m. 626. Denique & dicit καθίστε θεούς υμέis κ. τ. λ. vos etiam sedebitis. Quis trinam vocis huius repetitionem, quam sensus non requirit, carere dicat sapientia? Nonne Christi & facta & dicta omnia sunt sapientissima? Quid est ergo, quod Seruatorem ter adiicere pronomen hoc impunit? Videbat scilicet Christus, apostolos aegre adduci, vt, tantum honorem sibi, insimae fortis hominibus, collatum iri, crederent: cum ea sit perueritas hominum, vt tantum non a fide abhorrent: *Luc. XXIV, 25. Marc. XVI, 14.* Quocirca hac ratione confirmatione voluit, certo fore, vt ipsis tanta gloria concederetur. Conf. de hoc pleonasio, in sacris litteris non inusitato, SALOMO GLASSIUS l. c. lib. IV. tract. II. obs. XIII, p. m. 1230. seqq.

** Non sine ratione Christus δώδεκα θρόνους, duodecim thronos commemorat. Cum enim essent apostoli duodecim: duodecim thronos ideo hic narrat, quo animos eorum magis confirmaret, certissime futurum esse, vt ipsis haec concederetur gloria. Iudas vero, inquis, fur, proditor, diabolus, throno indignus erat. Cur ergo non undecim potius, quam duodecim, Christus thronos dicit? Scriptura non ignorat eam dicendi rationem, vbi per synecdochen de potiori parte intelligitur, quod de toto affirmatur. Ita Matth. XXVI, 59. ἐπί τῶν ἀρχιεγεῖς, καὶ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὄλον, pontifices, senatores, totusque confessus, falsum testimonium contra Iesum dicuntur quaesiuisse; nec tamen Iosephus Βελευτῆς senator, & membrum synedrii, consilio eorum & actioni erat suffragatus; *Luc. XXIII, 50, 51.* Ne quid de eo dicam, quod Matthias forte apostolis adiectus, & eodem tum munere tum praemio dignus habitus, numerum duodenarium iterum compleuerit; *Actōr. I, 26.*

*** Saepius occurrit vox αμήν amen in novo testamento. Nec quisquam dubitauerit, eam confirmandi & asseuerandi habere rationem firmissimam: cum origo non tantum, verum usus etiam hoc planum faciat. Nam a radice ΙΩΝ nomen ΙΩΝ verum, firmum, crevit, quod locum saepius adverbii occupat. Et quamquam variae ei tribuantur significaciones, quas MATHIAS FLACIUS

Illyricus, in claviscript. sacr. part. I. fol. 35. 36. & SALOMO GLASSIVS
in philol. sacr. lib. IIII. tract. V. can. XVI. p.m. 975. seqq. referunt:
omnes tamen eo redeunt, ut confirmandi inuoluant notionem.
Quod vt adeo notum est, vt actum ageremus, si de eo pluribus
exponeremus: ita ad institutum satis est, notare, hac voce Christum
sermonem suum munire atque confirmare voluisse.

§. IX.

Verbis: καθισθε καὶ υμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνοις, sedebitis
etiam vos in duodecim thronis, iunguntur, κρίγοντες τὰς δώδεκα
φυλὰς τῆς Ἰσραὴλ, & iudicabitis duodecim tribus Israel. Vbi faci-
le intelligitur haec ita cohaerere, ut separari nequeant. Nec
tamen ideo existimandum est, καθίζειν sedere, idem esse atque
κρίγειν, iudicare. Illud enim regno gaudere, hoc imperio uti,
denotat. Quod vt distinctius perspiciatur singula verba sigil-
latim exponere, pro viribus conabimur.

§. X.

Per τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, sive tribus Israel duo-
decim, hic omnes indicantur Iacobei.* Cumque Isra-
elis φυλὰς tribus apostolorum iudicio subiiciendas seruator
optimus commemorat; a sensu proprio discedere, omnino
prohibemur; ** licet interdum quoque Israelis nomine illi
venire soleant, qui Israelem imitati, fidem Deo habent, at-
que precibus & lacrymis cum eo luctantur. conf. Ierem. XXXI,
33. Ebr. VIII, 8, 10. coll. Ioan. I, 47.

* Ut enim Iacobus & Iacrymando & orando Deo superior
discessit, Hos. XII, 4, 5. Israel idcirco nominatus ab angelo:
Gen. XXXII, 28. ita, Deo sapienter cuncta dispensante, idem no-
men eius progenies sortita est; quo ad certamen simile incitare-
tur prouocareturque. conf. Matth. II, 6. Luc. IV, 25, 27. Acto-
r. XIII, 24. Rom. IX, 31. Exod. V, 2. Num. XXIII, 21. XXIV, 5.
Deuter. XXXIII, 28. cet.

** Atque nos solos fide praeditos eo minus hic per
Israelis tribus intelligere, adeoque a sensu proprio dis-
cedere

cedere possumus; quod inde sequeretur, vt pii tantum iudices apostolos nanciscerentur. Tu vero, haec concedens, tredecim tamen tribus Israelis potius numerandas esse, contendis; quandoquidem in duas tribus Iosepha abiit. conf. Gen. XLVIII, 5, 16. Age vero, Leuiticam, ex diuino praescripto reliquis Iacobis non annumerandam, Num. I, 47; 48. 49. II, 33. sed Deo sacram sorte que carentem Num. XVIII, 24. Deuter. X, 9. Ios. XIII, 14, 33. Ezech. XLIV, 28. deme; atque iterum duodecim habebis tribus.

§. XI.

Quando ergo duodecim Israelis tribus apostolorum iudicium dicuntur subiturae: inde manifestum est, non posse fieri, vt Iacoborum quisquam, siue pius fuerit, siue impius, apostolos recusat iudices; vnde vocem *κρινούστε iudicantes* pro diuerso respectu diuersa significatione gaudere * cuilibet patet. Quodsi enim ad impios respexeris; verbum *κρίνειν*, quod propri significat *iudicare*, nihil aliud hic notat, quam *κατακρίνειν* siue *caussa cognita damna*. ** Ad pios vero duodecim tribuum Israelis, quos iudicaturi erunt apostoli, relatum, partim *absoluere* *** partim *ξέρχην* gaudere significat. Adeoque non de actu modo, verum etiam de statu iudicandi, seruatorem loqui, manifestum est.*

* Nemo enim erit temere, quin alia prorsus ratione cum pii, cum impiis alia, actum iri, plane perspiciat. Nam quia pii atque impii conditione animi ac vitae diuersissima vtuntur: nonne alienum esset a iustitia diuina, eodem pios iuxta atque impios habere loco?

** Quemadmodum enim, Graecos pro compositis simplicia verba saepe numero adferre, adeo notum est, vt demonstratione non indigeat: ita, ad vocem *κρίνειν iudicare* quod attinet, ex locis Ioh. III. 18. XII. 47. 48. XVI. 11. aliisque abunde patet, eam non raro pro composita *κατακρίνειν* adhiberi. Hic vero, ubi ad impios refertur *κρίνειν* idem quoque esse atq; *κατακρίνειν condemnare*, re ipsa condocemur. Cum enim iudicium haberi nequeat, quin aut absoluatur, aut damnetur reus; & rationi non minus quam scripturae aduersetur, vt in

iudicio iustissimo sceleribus obstricti impunitatem adsequantur: quis est, quin intelligat, vocem κρίνειν, ad impios relatam, per condemnare recte verti? Euincit idem Paulus, qui δικαιούεται, inquit, ὅτι διδάγω τὸν κόσμον κρίνουσι; καὶ εἰ ἐν ψυχῇ κρίνεται ὁ κόσμος, οὐ νοέσθαι εἶτε κρίνεται ἐλαχίστων; δικαιούεται, ὅτι αγγέλους κρίνουμεν; an nescitis, sanctos de mundo iudicium esse facturos? Quid si a vobis de mundo iudicandum est; an tantillis iudicis indigni estis? An vos praeferit, nos etiam de angelis sententiam esse laturos? I. Cor. VI, 2.3. Hic enim vocem κρίνειν idem atque condemnare esse, vel inde intelligitur, quod nemo iuerit inficias, de angelis dampnandis Paulum loqui. Quod si vero omnes fide praediti damnaturi mundum dicuntur; haud dubie apostolorum hac in re potiores erunt partes. Vbi tamen canon SALOMONIS GLASSII in philolog. sacr. lib. III. tract. III. can. XXII. p. m. 805. seqq. probe obseruandus est: aetiuia verba tribuuntur etiam illis, qui non propriissime ἐπιfluxu proprio, id agunt, quod verba significant, sed certa tantum ratione currunt. Inde enim patet, verbum κρίνοντες eos indicare, qui iudicium & condemnationem impiorum ex Israelitis, tamquam Christi iudicis supremi asseffores, & diuinae gloriae praeceteris conforates, approbabunt. conf. GLASSIVS l.c. p. m. 809.

*** Tibi vero dubium haeret, an ad fide praeditos iudicium sit extendendum: cum Christus diserte, credentes in se iudicatum iri, neget, Job, III, 18; adeoque, hanc significationem vocis κρίνειν plane cessare debere, inde confici, existimas. verum si consideraveris, quae II. Cor. V, 10. & Rom. XIV, 10. perspicue docentur; verba Christi δικηναντεῖς αὐτὸν δικρίνεται non de iudicio, sed de damnatione agere, facile intelliges. Quocirca recte quoque vertit SEBASTIANVS CASTELLIUS: qui in eum credit, non damnabitur. Quod si ergo futurum est, ut instruti fide, ab Israele oriundi, iudicentur ab apostolis: horum intuitu quin verbum κρίνειν absoluere significet, quis dubitauerit, nisi qui sibi fingat iudices ab omni remotissimos iustitia apostolos? Interim idem canon, quem supra, cum de damnatione diceremus, ex GLASSIO adduximus, hic obseruandus est: cum primae partes absoluendi Christo Seruatori debeantur.

* Quod ut euincamus, repetendum videtur, quod supra ad §. VII. n. *** monuimus, futurum esse, ut apostoli in thronis duodecim

decim, duodecim Israelis tribus iudicantes, sine fine sedeant. Ex quo conficitur, statum intelligi, quo & sedeant & iudicent apostoli. Quan-
do enim dicitur: *ναθίσεδε κηλίοις, σέδεβιτις iudicantes*, partici-
pium futuro, Graecorum more, ita iungitur, ut recte verti possit,
σέδεβιτις & iudicabitis; id quod infinita loca probant, ita
ut, ea adferre, superuacaneum foret. Quodsi vero, quod
supra, ni fallor, euicimus, in thronis sine fine sedent; fieri
nequit, quin & sine fine iudicent. Quando enim dicitur:
ναθίσεδε κηλίοις, σέδεβιτις iudicantes, tamdiu eos fore iudices,
quamdiu sedent, inde intelligitur. Quodsi vero sine fine sedebunt
κηλίοις τοῖς δώδεκα ϕυλαῖς τοῦ Ισραὴλ, iudicantes duodecim tribus
Israel: non de actu modo, verum etiam de statu iudicandi, Serua-
torem loqui, manifestum est. Quae cum ita sint; non potest fieri,
quoniam per *τοὺς κηλίους intelligentur, qui alios potentia & excel-
lentia antecedunt*. Nam de hominibus, aeterna praeditis felicitate,
loquimur: quorum corda, vti intentissimo amore abundabunt; ita
nullo indigebunt iudice, qui lites ortas componat. Ipsorum tamen
iudices futuri apostoli dicuntur. Vnde facile perspicitur, non ni-
si de excellentia potentiaeque, quae inter beatos fore diserte dicitur,
I. Cor. XV, 41. 42. iudicium, quod apostolis ratione beatorum tri-
buitur, intelligendum esse. Licet enim vox *κηλεῖν* in novo testa-
mento ad statum & excellentiam singularem, si a loco hoc discelle-
ris, non facile referatur: in versione tamen veteris testamentis,
quam LXX interpretum dicunt, eamdem de singulari *ξέχη* atque
statu iudicandi saepius adhiberi, loca *Iudic. X, 2, 3. XII, 7. 8. 9. 11.*
13. 14. aliaque, dubitate finiunt neminem. His itaque significatio-
nibus, ad scopum seruatoris collineantibus, atque secum amice con-
spirantibus, cum verbum *κηλεῖν* gaudeat; eas ideo coniungere con-
sultum duximus, ne vocis vi ac significationi a spiritu sancto nullis
limitibus circumscriptae detrahentur: praecipue idem mo-
nente ven. *10. IAC. RAMBACHIO*, in *institutionibus hermeneuticis sa-
crae lib. II. cap. VII. §. XV. p. 287. seqq. & l. c. §. XVI. pag. 291.*

§. XII.

Tempus praemii propositi Seruator his definit ver-
bis: *ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅτεν ναθίσιν ὁ θύς τοῦ αὐθεώπου ἐπὶ*
Ἱεόνου δέξις ἀντοῦ, in statu renouati mundi cum federit homo in throno
suo glorioſo. Nam vocem παλιγγενεσίας non tam cum verbis*
supe-

*1) good facile
ea supra citata
Paulina 1 Cor.
2) πρότερος κα
conf. ap. III*

superioribus ὁ ἀκολουθήσαντές μοι, qui sequuntur εστίς με, quam cum inferioribus: ὅταν καθίσῃ ὁ θύρως τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ θρόνου δέξης ἄυτοῦ, cum federit homo in throno suo glorioſo, cohaerere, ** & nexus omnis sermonis, *** & plurimorum codicium interpunctio, * & res ipsa, ** & locus parallelus *Luc. XXII, 28.* docet. ***

* Non quidem hora, dies, mensis, annus definite indicatur, quo tantam gloriam consequunturi sint apostoli. Nec tamen ideo incertum praemium putandum. Fieri enim nequit, quin Christus chronum suum occupet. Ergo etiam apostolos certissima manet gloria.

** Sunt, qui, ad priora verba παλιγγενετῶν referentes, ad modum, quo Christum sequerentur discipuli, animaduertendum esse, contendunt: quandoquidem fieri nequeat, ut Christum sequantur, qui non renati, diuinamente carent. Nec hac in re falluntur, cum non renati, & diuinae vitae expertes, non magis Christi vestigia legant, quam mortui viuant. Verum inde non confici, ut παλιγγενετῶν ad verba ὁ ἀκολουθήσαντές μοι, qui me sequuntur εστίς, pertineat, dicenda demonstrabunt.

*** Patet ex superioribus, Christum omnia sibi postposita vel. le. Nam ideo opulentum iuuenem sapientissime grauissimeque coarguerat, quod suas diuitias maioris faciebat, quam paupertatem Christi; quandoquidem iussus Christum sequi, omnibus diuiditis, abibat tristis. Fiebat quidem hoc inde, quod nouam mentem nondum induisset. Nec negandum, Christi verba, quibus eum omnia, quae haberet, vendere iubebat, eo tendere, ut animum eiusdem & captum & fultum opulentia, planum faceret. Nam palam fieri oportebat, eum a pietate tantum abesse, ut ne primo quidem praecepto, quod Deum docet anteferre omnibus, obtemperauerit. Vnde colligere poterat, sibi primum id agendum esse, vt nasceretur denuo, & diuinam vitam obtineret. Non minus tamen manifestum est, verba Christi: ἀκολούθει μοι, sequere me, v. 21. proprie intelligenda esse. Ipsi etiam apostoli ea ita accepérunt. Nam Petrus, Γέρων, inquit, ἡμεῖς αὐτὸν μεν πάντα, καὶ ἀκολουθήσαμέν σοι ecce, nos te sequunt omnia reliquimus. vers. 27. Hic non de regeneratione; sed speciatim de eo loquitur, quod Christum

stum sequuti omnia reliquerint. His ergo verbis verba Christi: ὑμεῖς δι αὐτολεθήσαντες μοι, νοσ qui me sequuties̄tis, cum respondeant: quis est, quin videat, rem acu non tangere, qui παλιγγενεσίαν huc aduocant?

* Noui quidem testamenti interstinctioes, diuinam originem ignorantes, tantae auctoritatis non sunt, vt ab iis discedere non liceat. conf. ven. IOAN. GEORG. PRITII introductio in lectio-
nem noui testamenti cap. XXVII. §. V. VI. Nec tamen etiam ratio-
ni consonante videtur, easdem temere reiicere, vel nullo loco
habere. Hic vero antiquiorum codicum plurimos incisum ante
παλιγγενεσίαν habere, docet IOAN. CLERICVS ad b. l.

** Si enim dicendum, quod res est, non tam ipsa regeneratione, quam potius regenerati, Christum sequimur. Quid est enim παλιγγενεσία, si eam regenerationem dicas, nisi virium spiritualium ad vitam nouam productio. Eph. II, 5. Rom. VI, 11. Quas qui consequitur, is quidem in eum statum deuenit, quo Christum sequi possit. Tunc enim demum homo incipit, & sapientia, & amore, & modestia, & patientia, & castitate, & pre-
cibus Christum sequi. Itaque non in regeneratione, sed post re-
generationem, Christum sequimur. Interim certissimum est,
neminem Christum sequi posse, nisi denuo nascatur.

*** Qui dicuntur δι αὐτολεθήσαντες τῷ χριστῷ, sequuntur Christum, eos Luc. XXII.28. Christus ita alloquitur: ὑμεῖς ἐσε διαμεμενησάντες μετ' ἐμῷ ἐν τοῖς πειρασμοῖς με, νοσ estis, qui mecum permanferitis in meis aduersis. Non ergo de regeneratione, seu vitium spiritualium ad diuinam vitam productione, sed potius de vitae diuinae demonstracione, Christus loquitur. Vnde intelligitur, voci αὐτολεθήσαντες τὴν παλιγγενεσίαν male iungi.

§. XIII.

Verum in diuersas abeunt sententias, qui παλιγγενεσίας
vozem exponunt.* In eo quidem omnes conueniunt, eam
nouum, seu secundum statum indicare.** Dissentiant vero

in eo, quod alii ad praesens, ad futurum saeculum alii, eam referunt.***

* Gentilium philosophi non uno modo παλιγγενεσίας vuntur voce. Pythagoraei ea indicabant redditum mentis mortui in corpus alterius viuentis. Stoici vero mundi instauracionem, post eius exustionem & euersionem futuram, ea significabant, ut pluribus ostendit THOMAS GATAKERVS, in notis ad Marci Antonini lib. XI. §. I. Quemnam apud patres, quos dicunt, ecclesiae obtineat vsum, ostendit GOTTFRIDVS OLEARIVS in observationibus sacris ad euangelium Matthaei obs. LXI. p. 541. Vnde necesse non videtur, denuo rem dictam dicere.

** Non tantum origo, verum usus etiam vocis παλιγγενεσίας declarat, ea nouum seu secundum statum significari. Descendit enim ex aduerbio πάλιν, quod saepe restitutionem corrupti atque depravati innuit, Gal. II, 18. Rom. XI, 23. & voce γένεσις, generatio, ut alteram quasi generationem eam possis dicere. Quod si etiam significationes speciales, quas παλιγγενεσία obtinet, colligamus: omnes nouum statum inuoluere, deprehendemus. Siue enim redditum mentis defuncti in corpus viuentis; siue restauracionis mundi post eius euersionem; siue nouae & diuinæ mentis creationem, ut Tit. III, 5. siue restitutionem mortuorum per resurrectionem; siue peculiarem noui testamenti oeconomiam; siue nouam futuri saeculi faciem, ea intelligamus: fieri nequit, quin nouum & secundum statum cogitemus.

*** Nobis nunc de eo sermo non est, quid alias significet παλιγγενεσία, sed quid hic per eam Christus intellectum velit. Nec omnes, verum præcipuas sententias commemorare, nostrum ducimus. Eas autem partim ad praesens, partim ad futurum saeculum respicere, facile adparet. Quae ad praesens spectant saeculum sententiae, duplices sunt generis: cum alii de nouae mentis creatione, alii de oeconomia noui testamenti, παλιγγενεσία explicit. Priorem opinionem fouent, qui παλιγγενεσίαν ad voces ὑμεῖς οἱ ἀπόλεθροι τοῦτο μοι, vos qui sequuti estis me, annexant: posteriorem cum viris longe doctissimis ven. IOAN. REINHARDVS RVS, in harmonia euangelistarum, lib. V. part. II. scđ. III.

cap.

cap. XX. p. 997. Sed &c, qui ad futurum saeculum παλιγγενεσί-
ας referunt, duplices sunt generis, cum, eam, vel de resurrectione
cum AVGUSTINO; in ep. ad Pelag. lib. III. c. III. vel de noua futuri ae-
ui facie cum GOTTFRIDO OLEARIO, l. c. p. 541. exponendam, cen-
seant.

§. XIV.

Nobis παλιγγενεσία ad futurum saeculum ideo! vide-
tur referenda, quod non tantum scopus verborum Christi; *
verum etiam locus parallelus *Luc. XXII, 29, 30.* ** illud requi-
rit atque postulat.

* De eo iam §. III. diximus. Nimirum ingentia apostolis
parata praemia v. 28. 29. ostendere volebat Christus. Ea vero ad
hancce tantum vitam reuocari nequeunt. Diserte enim Paulus,
εἰ ἐν τῇ ζωῇ τάκτῃ, inquit, ἡλπιότερε ἐσμὲν ἐν χριστῷ μόνῳ,
ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν, si huius dumtaxat vitae gra-
tia in Christo spem habemus, sumus omnium hominum miserrimi. I.
Cor. XV, 19. Haec enim vita non tam praemia, quam labo-
rem; non tam triumphum, quam bellum; non tam lucem, quam
crucem adfert. Non ergo magni quid Seruator promisisset, si
tantum ad huius aetatis praemia eos respicere iussisset. Et tamen
labore maiora praemia Seruator commemorare volebat. Cum
que *vers. 29.* omnibus fide praeditis vita promittatur sempiterna;
quis credit apostolis huius tantum vitae promissa dari?

** Ibi enim Seruator ita loquitur: οὐ γὰρ διατίθεμαι ὑμῖν,
παθῶς διέθετο μοι ὁ πατήρ μου βασιλέαν ἵνα ἐδίητε καὶ πί-
νυτε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. κ. τ. λ. Et ego
dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis
bibatis super mensam meam in regno meo cet. Quae ergo *Mattb.*
XIX, 28. dicitur παλιγγενεσία, ea *Luc. XXII, 29.* vocatur βα-
σιλέας regnum Christi. Hoc autem Christi regnum non est huius
mundi. *Ioan. XVIII, 36.* Quamquam enim regnum Dei interdum
dicitur regnum gratiae, *Mattb. XIII, 24. XVIII, 23. XX, 1. XXXI, 2.*
alibi: hic tamen Christi regnum aequa ac *II. Petr. I, 11. Eph. V, 5.*

ad saeculum futurum vel ideo referendum est, quod additur:
*Ἵνα ἐδίπτε καὶ πάντε ἐπὶ τῆς τροπῆς μου ἐν τῇ βασιλείᾳ
 μου ὅτε εδασίς & bibatis super mensam meam in regno meo: quae di-
 cendi ratio non nisi bonorum diuinorum, in vita aeterna exhiben-
 dorum, significat perceptionem atque usum.* conf. *Luc. XIV, 15.
 Apoc. II, 7. XXII, 2.*

§. XV.

Quando vero ad futurum saeculum *παλιγγενεσίαν* re-
 niciimus; non tantum resurrectionem, sed omnem renouati
 mundi statum* ea intelligimus. Nam praeter locum paral-
 lelum *Luc. XXII, 29.30.* ** verba, quae sequuntur, *ὅταν καθίσῃ ὁ
 υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, quando sedebit homo in
 throno suo glorioso,* *** hanc significationem requirunt.

* Dum omnem renouati mundi statum *παλιγγενεσίαν* voca-
 mus; illorum accedimus sententiae, qui, mundum ex hoc in no-
 num transiit, statuunt. Neque enim errare putamus, qui
παλιγγενεσία existimant, vbi caeli noui, terra noua, omnia noua
 edentur. *II. Petr. III, 13. Apocal. XXI, 1.5.* Atque hac in re senten-
 tiam B. GOTTFRIDI OLEARII in obseru. sacr. in euangel. Matth,
 obs. LXI. §. V. p. 541. nostram facimus. Quodsi vero
παλιγγενεσία ad caelos nouos, terram nouam, omnia noua spe-
 ctat: haud videmus, quomodo caelum & terra plane euentantur &
 reuertantur in nihilum: vt multi, & doctrina & sapientia praestantes
 viri, putant. Quae enim secundum promissum Dei *παλιγγενεσίαν*,
 denou eduntur; eorum naturam plane destrui & aboleri, quis obiice-
 re poterit? Quae vero huius *παλιγγενεσίας, restorationis*, ratio
 futura sit, ex *II. Petr. III, 10.* videre possumus. Ibi enim dicitur:
*ὅτι διεγνωσίς δοξῆδον παρελεύσονται, σοκεῖα δὲ καυσούμενος λαθή-
 σονται, καὶ γὰρ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα πατακαίσονται. caeli striden-
 ter praeteribunt, clementia vero aestuantia soluentur, Ἐ terra, Ἐ quae in
 ipsa, opera, exurentur.* Verum institutum nostrum ad ipsam rem
 accedere, nos prohibet. Nec opus est, rem actam agere, cum o-
 mnia exhibeat argumenta nodus in scirpo & quidem Paulino, *de ge-
 mitu & liberatione creaturæ Rom. VIII, 18, 19-23. innodatus praeter
 alios*

alios a D. V. E. LOESCHERO, enodatus a IOACHIMO LANGIO. Id vnum adiciendum putamus, παλιγγενεσία & αποκατάσεων τῶν πόνων, restitutionem omnium rerum, Acto. III, 11. nobis cum B. GOTTFRIDO OLEARIO l.c. p. 541. vnum idemque esse. Sed & τὸν αὐτὸν μέλλοντα, futurum saeculum, Eph. I, 21. Ebr. VI, 5. & τὴν ὁμοιμέ-
νην τὴν μέλλοντα, orbem futurum, Ebr. II, 5. cum παλιγγενεσίᾳ conuenire, existimamus.

** Enim vero *Luc. XXII, 29, 30.* Christus regnum commemo-
rat, vbi futurum sit, vt in sua mensa edant & bibant. Cui regno
Christi cum παλιγγενεσίᾳ respondeat; nemo non perspicit, de
sola resurrectione eam non posse explicari, sed ad omnem renouati
mundi statum pertinere.

*** Indicant nimirum haec verba, iusto arctioribus limitibus
rem circumscibere, qui solam resurrectionem παλιγγενεσίας voce
intellestant cupiunt. Non tantum enim in resurrectione, sed etiam in
fempiterna saecula, Christus gloriose suo solio vtetur. *Psalm. XLV,*
7. Ebr. I, 8. quandoquidem regnum eius finem ignorat. *I. Paral. XIX,*
12. Ier. X, 10.

§. XVI.

Quae cum eiusmodi videantur, vt rationibus idoneis
euerti nequeant: * non facilius instaurationem diuinae vi-
tae, ** quam noui foederis oeconomiam, *** deprehenderis
in hacce παλιγγενεσίᾳ.

* Praecipuum argumentum, quo eam sententiam, quae πα-
λιγγενεσία, Christo memoratam, futuro saeculo adscribit, ado-
riti possis, verbis: ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου
δόξης αὐτοῦ· quando sedebit homo in throno suo gloriose, superstru-
itur. Qui eo nituntur, voce παλιγγενεσίας noui foederis oe-
conomiam non posse non inuolui, putant; quod Christus iam tem-
pore noui testamenti, occupato caelo, *Act. III, 21.* in folio patris se-
debat. *Ebr. XII, 2.* Verum non destruit nostram sententiam, quam
quam magna roboris specie gaudet, hoc argumentum; si modo
obseruamus, alium dici patris, alium filii thronum, *Apoc. III, 21.*

In thronum patris, id est caelum, *Pf. II.*, 4. *Ef. LXVI*, 1. *Matth. V*, 24. Christus sublatus est, *Aet. I*, 9, 11. *Marc. XVI*, 19. *Luc. XXIV*, 51, & ad dextram Dei consedit. *Ebr. I*. 3. 13. *VIII*, 1. *XII*, 2. Quemadmodum enim populis, qui orientem spectant, in more possum erat, eiusmodi thronis vti, qui tam late patebant, ut reges, alios etiam, quos maximi faciebant, in iis collocare secum possent, ut pluribus ostendit, quem iam ad *§. VI. n.* * laudauimus, CAMPEGIVS VITRINGA, in obseru. sacris loco iam citato; ita Christus ἀνθρωποπαθῶς, more humano, in solio ad dextram patris consedisse, id est, summam maiestatem atque gloriam obtinuisse, dicitur. conf. *Eph. I*, 20-23. *Ebr. II*, 8. 9. *Pf. VIII*, 7, 8. *Phil. II*, 9, 10, 11. Atque hocce patris throno vtetur, donec hostes omnes pedum eius facti fuerint scabellum, *Ebr. I*, 13. *Pf. CX*, 1. *Matth. XXII*, 44. *Marc. XII*, 36. *Luc. XX*, 42, 43. *Aetor. II*, 34, 35. *I. Cor. XV*, 25, 26. *Ebr. X*, 12, 13. Nonne, inquis, Christus hostes iam vicit? Vicit, *Apoc. III*, 21. At nondum omnes facti sunt pedum eius scabellum. Id vero quando fiet? οταν τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ὁ φθαρταῖν, καὶ τὸ θυητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ὁ θεαστῶν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγαμμένος· κατεπόθη ὁ θάνατος ἐις νῖνος· Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ἄδη, τὸ νῖνος; Postquam hoc corruptibile inducerit incorruptibilitatem, & mortale illud inducerit immortalitatem, τότε τυνη fiet illud, quod scriptum est: Absorpta est mors ad victoriam, Vbi tuus, mors, aculeus? ubi tua, o sepulcrum, victoria? *I. Cor. XV*, 54. 55. Hoc vero futurum est in resurrectione, conf. *v. §1. §2*. Tunc igitur, τότε, cum nempe homo venerit ad iudicium, καθίσται ἐπὶ θρόνου δόξης ἀντοῦ, sedebit in throno gloriae suae, *Matth. XXV*, 31. Videmus ergo, verba ὅταν καθίσῃ ὁ θεός τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης ἀντοῦ, cum sedebit homo in throno suo glorioso, non euincere, ut παλιγγενεσία ad tempus noui foederis referenda sit,

** Quamquam *Tit. III*, 5. παλιγγενεσία ita accipiatur, ut cum iis, quae *Ioan. III*, 5. leguntur, ἐὰν μὴ τις γεννηθῇ ἐξ ὑδατος καὶ πνεύματος, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, idem sit: hic tamen ita verti nulla ratione potest. Nititur enim haecce παλιγγενεσία explicatio, qua regenerationem significare dicitur, sententia illa, quae verbis, οἱ ἀνολογοῦσται μοι, qui sequuntur eis

Etis me, iungit enim tuus παλιγγενεσίας. Cum vero hocce fundamen-
tum supra iam §. XII. concussum sit; non potest non corruere,
quod illo superstruitur.

*** Specie non caret opinio, quae noui foederis oeconomia-
am παλιγγενεσίαν dicit. Negari enim nequit, orbem velut im-
mutatum esse, & nouam induisse faciem, vbi tanta multitudo gen-
tium, quae antea sine Christo, & a republica Israelitica aliena erat,
foederibus promissionis carebat, spem non habebat, & Dei expers e-
rat in mundo, Eph. II, 12. christiana fide imbuta est. Sed & non
exiguis difficultatibus ea sententia laborat, & verbis planissimis:
*καθιστάτε καὶ ίμεῖς ἐπὶ δόδον θέόνος, υἱονορε τοῖς δόδοντι Φυ-
λαῖς τοῦ Ιορδανοῦ.* sedebitis etiam vos super duodecim thronis & iudi-
cabitis duodecim tribus Israelis, hunc sensum tribuere cogit: utemi-
ni auctoritate infallibili in damnandis peruersis doctrinis hominum.
Vellent Romanae ecclesiae addicti, vt ista verba de hoc mundo ex-
plicari possent. Tum enim potiora de imperio clericorum habe-
rent dicta. Sed quilibet intelligit, non esset recedendum hic a pro-
pria verborum significacione: cum nulla id facere nos cogat necessi-
tas.

§. XVII.

Ceterum vt vnitatis numerus, quo παλιγγενεσία dicitur, repetitam mundi restorationem, quam fingeabant Stoici, refutat ac euertit: ita vocis παλιγγενεσίας vsu communita origo, fatalem necessitatem, quam iidem somniabant, reno-
vati mundi caussam esse, cogitare vetat. ** Sed & ordo in-
solens, quo παλιγγενεσία legitur, vbi secundum structu-
ram vocum, quam ordinariam & naturalem vocant, quas
excipere deberet, vocibus anteponitur, Christum definite
tempus gloriae, quae apostolos maneret, indicare voluisse
docet. ***

* Docet nimirum vnitatis numerus, vnam tantum παλιγγε-
νεσίαv, sive mundi instauracionem, esse. Sacrae etiam litterae
plures vna παλιγγενεσία ignorant. Fieri ergo nequit, quin sta-
tus

tus ille nouus mundi in sempiternum duret. Nec etiam vlla datur ratio, cur finiri debeat. Sententia itaque Stoicorum, qui infinitas mundi exustiones, hinc & παλιγγενεοτος statuebant, longe a veritate est remota, conf. IACOBVS THOMASIVS in exercitatione de stoicamundi exustione thesi XVI. pag. 17. Hinc & diuinis M. LUDOVICI GERHARDI, in sistematice ἀποκατάστασεως cap. III. §. CCXVI. seqq. pag. 183. seqq. expositi, qui idem, quod Stoicorum renouati mundi, indicare videntur, merito reiiciuntur.

*** Non arbitrio Dei, sed fatali naturae necessitati, mundi immutationem tribuisse Stoicos, euincit IACOBVS THOMASIVS l. c. thes. XI. p. 12. 13. Haec vero sententia ut scripturae sacrae non minus, quam sanae rationi, inimica est: ita eiusmodi instauracionem παλιγγενεοτον dicere, absurdum puto. Quemadmodum enim mundi γένεσις generatio sine auctore esse nequit; ita & παλιγγενεσια sine causa non datur. Fatum vero Stoicum huc aduocare, idem est, ac nullam eius causam dicere. Nullum est enim, quod Stoici crepabant, fatum.

*** Singularem positum verborum Christi omni ratione care, nemo temere adfirmauerit, qui veritatis studio mouetur. Cum enim ne homo quidem, aliqua saltem sapientia praeditus, ita loqui soleat, vt ordinarium dicendi modum, nisi causam habeat, temere relinquat atque negligat: quis credit, Christum, ipsam sapientiam, sui adeo oblitum esse, vt a dicendi consuetudine, nulla inductus ratione, desletere non dubitaret. Oportet ergo causam habuisse Christum, quando inuerso ordine verborum dixit: εὐ τῷ παλιγγενεοτῇ; ὅταν καθησού δύος τοῦ αὐθεόπου επὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθεδεὶ καὶ υψεὶ ἐπὶ δώδεκα θρόνοις κ. τ. λ. in statu renouati mundi, cum federit homo in throno suo glorioſo, ſedebitis ἕνας in duodecim thronis ἔτc. Nam alias, tempore postposito, ita dici conſueuit: vos ſedebitis in duodecim thronis ἔτi iudicabitis duodecim tribus Israeſis in ſtatu renouati mundi, ubi federit homo in glorioſo ſuo throno. Quamquam enim non omnis synchyſis ſeu verborum traiecio commixtioque, quam ſcriptura frequentiſſime viſurpat, vt SAL. GLASSIVS philol. ſacr. lib. IV. tratt. II. obs. XXV. p. m. 1249. seq. ostendit, ſingulare quid inuoluat atque prodat nullam tamē synchyſin, licet in re grauiſſima conſpicuam, certa ratione nitit, qui au.

audeat asserere; nae! is vel ignorantiam vel malitiam magnam proderet. Cum vero & in aliis sermonibus, quos viri sancti & diuino spiritu referti, habuerunt, synchyris adfectum sapiat, ut vener. IO. IAC. RAMBACHIVS in *institutionibus hermeneuticae sacrae lib. II. cap. III. §. IX. p. 132.* monet: eo minus verbis Christi, in quibus summa sapientia elucet, hoc abiudicare licet; quo maiori optimus Seruator, beata diuinitate gaudens, prae reliquis varibus omnibus, qui umquam docuerunt, praerogativa praeditus est. Cur vero Christus hic praemittit tempus; nisi vt discipulos commonefaciat, non tam de praesentis, quam futurae aetatis, regno ipsis cogitandum esse? Quemadmodum enim ipse prius, quam variis calamitatibus confectus esset, thronum patris non occupauit; ita discipulos eamdem viam incedere, & tunc demum regno potiri volebat. Rom. VIII, 17. Docet etiam Seruator optimus, promissorum diuinatarum scrutatori, nisi in luce caecutire velit, id summa ope agendum esse, vt de tempore, quo euentura sint, quae Deus promisit, diligenter cogite: sicut & veteris instrumenti vates fecerunt, de quibus Petrus: περὶ ἡς σωτηρίας, inquit, ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται ἡι περὶ τῆς ἐis ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες. ἐρευνῶντες ἐis τὸν οὐρανὸν καὶ ἀδέλφου τὸν ἐν αὐτοῖς πνεῦμα χριστοῦ, κ. τ. λ. quam salutem exquisuerunt & perscrutati sunt vates, qui de conferenda in vos gratia vaticinari sunt, scrutantes quodnam & quale tempus indicaret Christi spiritus, quo erant praediti ceteri. I. epist. I. 10. II.

§. XVIII.

Παλληγενεσία iunguntur verba: ὅταν καθ'ση ὁ νίος τοῦ ἀνθρώπου εἰπεὶ θεόντο δέξης ἀυτοῦ, cum federit homo in throno suo glorioſo. Vbi quidem, ὁ νίος τοῦ ἀνθρώπου, filius hominis, siue natus homine, idem est, ac si dicas homo.* Cum vero Christus deſe loquatur: verba, ὅταν καθ'ση ὁ νίος τοῦ ἀνθρώπου εἴπῃ θεόντο δέξης ἀυτοῦ, cum federit homo in throno suo glorioſo, idem per enallagē indicant, atque: cum ego federo in throno meo glorioſo.**

* Solent cum Ebraei, tum Graeci, vocem filius variis iungere vocibus, quod pluribus declarat SALOMO GLASSIUS philel. sacr. lib.

lib. III. tract. I. canone XXXVI. p. m. 656. seq. Nos vero latine uno verbo interdum indicare possumus subiectum, quod duobus & Ebraei & Graeci dixerunt. conf. cel. CHRIST. STOCKII *interpres graecus nou. testam. cap. II. §. 41. p. 36.* Nemo igitur nobis vitio dabit, si filium hominis vertamus hominem.

** Pro pronomine demonstratio quandoque ipsum nomen eius, qui lequitur, ponit, docet SAL. GLASSIVS philol. sacr. lib. III. tr. II. can. VIII. p. m. 709. Eadem ergo enallage Christus in tertia persona filium hominis, sive hominem, saepissime se ipsum dicit; *Matth. VIII. 20.* *Luc. XIX. 10. cet.* Nec sine generatione Christum ita se vocare, per eius sapientiam existimare licet. Quid est vero, cur hominem *νατ'* *έξοχην* se Christus dicat? Primum, verum hominem carnis atque sanguinis infantum more participem, *Ebr. II. 14.* se ipsum fuit. Tum, ad semen mulieris, *Gen. III. 15.* id est, hominem, facta diabolici eversurum, *I. Ioan. III. 8.* discipulos respicere iubet. Deinde, se hominem, non minus, quam Adamum, vniuersum genus hominum referentem, demonstrat; *Rom. V. 15. 17. 18. 19.* quod unus hic *ἄνθρωπος*, homo, Iesus Christus, *μεστήν*, *mediator*, inter nos & Deum factus, redemit. *I. Tim. II. 5. 6.* Denique, se ideo praeципue dicit hominem, quod unus omnium hominum maxime esset homo. Reliqui enim homines, imagine diuina priuati, a natura sua, peccato indulgentes, adeo defecerant, ut, brutis quam hominibus similiores, euaderent. Vnde & in sacrificis litteris boui, asino, hirundini, formicae, ciconiae postponuntur, & comparantur, suis, canibus, lupis, serpentibus, vulpibus, aliisque brutis. Christus vero, ut iustitia, amore, sapientia, bonitate, patientia, modestia, omnique virtute, quae hominem brutis excellentiorem reddit, unice effulget; siquidem patris imagine gaudet: ita unus omnium homo dici meretur. Ceterum Christus, se hominem regno potitum, adserens; simul naturam humanam, diuinam in sempiterna facula iunctam manere, confirmat.

§. XIX.

Vt autem ὁ θεός τῆς δόξης recte vertitur *thronus gloriosus*; * ita cum fore dicitur, ut Christus sedeat in throno glori-

glorioso; ** eum throno, non tantum vere usurum, *** sed & regno simul potiturum indicatur.*

* Et Ebraei & Graeci substantiuo substantium ita consueverunt iungere, ut in casu dignandi adiectui locum obtineat. conf. SALOMO GLASSIVS phiol. sacr. lib. III. tract. I. canone VIII. num. 2. p. m. 563. seqq. Cumque voce δόξα, gloria, scriptores sacri ita etiam vtantur, e.g. ὁ Θεὸς τῆς δόξης, Deus gloriae, id est, gloriosus; Act. VII, 2. τὸ σῶμα τῆς δόξης, corpus gloriae, id est, gloriosum Philip, III, 21. cet. qui: Θεόν της δόξης bene verti thronum gloriosum negauerit? Ut vero δόξα, partim ipsam gloriam, partim quod patrit, partim quod sequitur gloriam, significat; quod ex omnibus, ubi occurrit, locis intelligitur: ita thronus gloriae dicitur, qui summa gloria & claritate conspicuus, a gloria & maiestate Christi profectus, & ad gloriam laudemque Christi comparatus est. Verum caue, existimes, sine ratione fieri, ut thronum gloriae, non autem thronum gloriosum, Christus dicat. Hoc enim & thronum, & gloriam, sigillatim considerare docet, ut deinde throno eo maius statuamus pretium. Vt enim ea Christus gloria vtitur, qua maior vlla cogitari nequit: ita thronus ita gloriosus erit, ut omnem praestantiam supereret. Confer. quae supra ad §. VI, n. * & ** diximus.

** Quemadmodum verbum καθίζειν in genere medio, partim sedere, partim collocare denotat; ut supra obseruauimus; §. VII. not. vlt. ita neutra significatio hic negligenda & reiicienda est. Cum enim Christus, verus Deus ipse sedem gloriosam occupat: tum hominum μεσίτης, mediator, eam hereditatis iure a patre soritur. Ebr. I, 2.

*** Christus enim in πολυγενεσίᾳ, siue renouati mundi statu, etiam se dicit hominem. Ergo verum quoque, quamquam gloria abundans, corpus habebit. Culpandi ergo, ni fallor, non sunt, qui eum throno proprie sic dicto usurum statuunt, cuius tamen rationem ignoramus. Adde, quae iam supra ad §. VI. not. vlt. monuimus.

* Sedere enim in throno per metonymiam idem innuere atque regno vti §. VII. n. * iam ostendimus. Hic vero fieri nequit,

quit, quin idem significet; cum *Luc. XXII, 30.* diserte βασιλεία, regnum, Christi commemoretur.

§. XX.

Atque haec fuerunt, quae de vers. 28. differere, ratum duximus. Dum autem pergimus ad illustrationem subsequentium versiculorum; primum obseruamus, *versiculum 29.* qui *versiculo 28.* ad solos apostolos spectanti, ut supra euicimus,* opponitur, ad omnes omnino fide praeditos, qui propter Christum sua omnia posthabent, pertinere; quod quidem vel ex pronomine πᾶς; *omnis*, intelligitur. **

* conf. supra §. V.

** Quamquam nomen πᾶς interdum non tam omnes, quam plerosque, indicat; *Aet. II, 5. Matth. IV, 23.* cet. hic tamen omnino ita est vertendum, vt eius propria, qua *omnes* denotat, vt ex *I. Tim. II, 4. II. Petr. III, 9.* cet. constat, significatio retineatur. Praeterquam enim, quod a significatu primo recedere, & aliam explicationem quaerere, nulla ratione cogimur: antecedens, solos apostolos commemorans, versiculus, huic oppositus, universalem innuit promissionem. Quid? quod Dei iusta bonitas requirit, vt apostolos non tantum, verum omnes etiam, qui Christo obtemperant, largiter remuneretur. *Rom. II, 5. II. Cor. V, 10.* Pa-tet etiam ex verbis parallelis *Marc. X, 29. 30.* ὅντεις ἐστιν ὁ εὐ-
χεὶς ὅντεις κ. τ. λ. ἐὰν μὴ λάβῃ κ. τ. λ. & *Luc. XVIII, 29. 30.*
ὅντεις ἐστιν ὁ εὐ-
χεὶς ὅντεις κ. τ. λ. λ. ὁν μὴ ἀπολάβῃ κ. τ. λ.
nemo est, qui reliquerit cet. quin accipiat cet. hic omnes omnino, omnia Christo postponentes, indicari. Nec putandum, sequum sequiorem, Christum sequutum, tantis praemiis priuatumi. Cum enim πᾶς masculino genere dicitur; ad vocem ἄνθρωπος, homo, Graecorum more, quibus frequens ellipsis arridet, omissam, respiciamus, oportet. Vnde intelligitur, particulam καὶ, vt *II. Cor. XII, 15. I. Ioan. IV, 3.* cet. recte verti, quin immo, vt apostolis Christus quasi dicat: vobis, vobis, inquam, tanta gloriā parata est, vt duodecim thronis vtamini, & duodecim Israe-lis

„lis tribus iudicetis: quin immo, non tantum vobis, sed omnibus etiam, qui omnia mihi postponunt, infinita praemia constituentur.

§. XXI.

Verba itaque: πᾶς ὁ ἀρνέας οἰνός, * ἢ ἀδελφούς, ἢ
ἀδελφᾶς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ** ἢ γυναικα, *** ἢ τέκνα, * ἢ
ἢ ἀγρούς, ἔνεκεν τοῦ ὀνόματός μου; quisque, qui reliquerit domos, vel
fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel vxorem, vel natos, vel agros,
propter nomen meum, huius versic. subiectum continent.

* Loco οἰνός, domos, *Luc. XVIII, 29.* οἰνάρι, domum, numero unitatis legimus. Nec tamen illa verborum Christi pugna est. Dominus enim domus vnius, vnam, plurimum, plures relinquit. Vterque iusto praemio adficietur.

** Una voce πατέρη & μητέρη dicuntur γονεῖς *Luc. XVIII,*

*** Vxorem relinquere hic idem esse, atque propter Christum eam posthabere, sermonis nexus ostendit.

* Per vocem τέκναe utriusque sexus liberos merito intelligimus. conf. *Eph. VI, 1. 4. I. Tim. III, 4.*

§. XXII.

Quo vero planior euaderet oratio, per particulam, vel, * res quasdam carissimas, loco omnium, quibus animus hominum capitul, synecdochice enarrat Seruator. ** Verbum vero ἀρνέας, relinquit, & praesens, & praeteritum, & futurum tempus respicit. ***

* Adeoque non sine ratione Christus particula ἢ, vel, aliquoties hic vtitur. Indicare nimirem ea voluit, praemio defraudatum iri neminem, aliqua rerum in medium prolatarum carentem, vt patre, matre, vxore, liberis; si modo id, quod habet caris-

simum, propter Christum relinquat. Quod si ergo cares domo, fratres; si fratribus, sorores; si sororibus, patrem; si patre, matrem; si matre, mulierem; si muliere, liberos; si liberis, agros; si agris, libros; si libris, te ipsum propter Christum relinquas: & certis atque infinitis praemiis adficeris.

** Scripturam sacram ita loqui, ut quae generatim dici possent, euidentiae causa, illustri specie proponat, ostendit SALOMO GLASSIUS in philol. sacr. lib. V. tract. I. cap. XV. p. m. 1910. seqq. Eodem modo domus, fratres, sorores, parentes, vxor, filii, agri, a Christo enumerantur; cum omnia, quibus homines capiuntur, quamquam hic non commemorata, intellecta cupiat. Omnia enim, ea que carissima, relinquat, oportet, qui praemia aeterna consequi cupit. *Luc. XIV. 33.*

*** Vocem ἀφῆνει, relinquit, ex verbo ἀφίμι, descendere, & generatim missionem indicare, nemo ignorat. Hic autem eam recte verti per relinquere, ex verbis Petri v. 27. οὐκέτι ἀφίμαιεν πάντας, nos reliquimus omnia, ad quae Seruator respicit, collato v. 21. item Matth. IV, 20. 22. *Luc. V. 11.* intelligitur. Simil inde perspicitur, eam hic, tam de animo quam de corpore, capiendam esse. Non tantum enim, dum Christum sequebantur, corpore a suis aberant, sed & animum Christo ita addixerant, ut lubentissime a re familiari se abstraharent apostoli. Et sane Christo non probari, qui ipsum adeuntes corpore, animo adhaerent mundo, ex *Luc. XIV. 26. 33.* & *Matth. X. 37.* patet. Ibi enim: Εἰ τοις, inquit, ἔρχεται πρός με, καὶ ὅν μιστὴ τὸν πατέρα ἔχωτον, καὶ τὴν μητέρα, κ. τ. λ. ὁ δύναται μου μαθητὴν ἔγειν. Si quis ad me venit, nec odit suum patrem, οὐ matrem cet. non potest esse meus discipulus. Hic autem: διδάσκω, inquit, πατέρα καὶ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, ὅντες μου ἀξιούς. κ. τ. λ. Qui patrem aut matrem amat super me, non est me dignus: cet. conf. Deuter. XXXIII. 9. De cetero probe notandum est, aoristum, quem hic habemus, omne tempus designare. Cum enim, ut modo §. XX. n. ** probauimus, hic versiculus ad omnes spectet, qui Christum suis omnibus priorem habent; fieri nequit, quin ἀφῆνει & futurum & praeteritum, & praesens innuat. Idem ergo est, ac si Christus dicat: omnes, qui omnia vel reliquerunt, vel relinquunt, vel relicti sunt, centuplum accipient. Non tantum ergo iis, qui Christi tempestate viue-

viuebant, & veteris testamenti viris diuinis, sed & nobis, qui horam ultimam attigimus, haec promissio data est. O ergo felices, qui propter Christum omnia relinquunt!

S. XXIII.

Cum primis notatu quoque digna sunt verba: ἔνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πρόπτερον τον ονοματον μου. Haec enim omnes, qui rem familiarem, nec tamen propter Christum, negligunt, promissione priuant.* Nomine autem Christi, partim ipse Christus, **, partim doctrina, *** partim regnum eius* intelligitur.

* Sunt, qui lucri causa patria excedunt, de quibus iam HONORATIVUS:

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
lib. I. epistol. epist. I. Solebant & gentilium philosophi, philosophiae liberius vacaturi, omnia relinquere, ut pluribus ostendit IACOBVS ELSNERVS, in obseru. sacr. in noui foederis libros ad b. l. p. 89.
Vt vero isti homines non propter Christum sua negligebant; ita illis etiam nulla hic statuuntur praemia.*

** Ipsam interdum personam in scriptura facta nomen vocari, ex Act. I, 15. II, 21. Et patet. Hic autem per nomen Christi, Christum ipsum intelligendum esse, ex Marc. X, 29. discimus. Quae enim apud Matthaeum existant Christi verba, ἔνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πρόπτερον τον ονοματον μου, ea Marcus ita refert: ἔνεκεν ἐμοῦ, πρόπτερον μου.

*** Doctrina Christi, praesertim euangelium diuinum, non numquam Christi vocatur nomen, vt I. Tim. VI, 1. Rom. I, 5. Vti enim aliquem ex nomine agnoscimus: ita euangelio Christum docemur, & eum, nostram sapientiam, nostram iustitiam, nostram sanctitatem, nostram redemtionem, nostram virtutem, totum nostrum esse, intelligimus; si quidem euangelio obtemperamus. Demonstrant vero dicta Christi, quae Marc. X, 29. legimus, eum omnino euangelium per nomen suum intellectum velle: quandoquidem diserte verba: ἔνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, πρόπτερον τον ονοματον μου, apud

apud Marcum ita referuntur: ἔνεκεν τοῦ ἐυαγγελίου, euangelii causa.

* Ipse Christus dum nomen suum per regnum explicat *Luc. XVIII, 30.* dicens: ἔνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, propter regnum Dei: quis hoc per illud innui negauerit? Vocatur autem regnum Christi ideo eiusdem nomen, quod quantus sit, & qualis, ex illo maxime cognoscitur.

S. XXIV.

Iam huius versic. praedicatum: ἐκατονταπλασίονα λίγητερα, καὶ ζωὴν αἰώνιον πληγομένος, centuplum adipiscetur, & vita sempiterna hereditatis iure potetur, venit considerandum. Vbi quidem verbis prioribus: ἐκατονταπλασίονα λίγητερα, centuplum adipiscetur, amplissima praemia* eaque iam in hoc saeculo, ** quamquam non sine vexationibus, *** promittuntur fide praeditis. Res vero ipsa docet, ea non ad carnem, sed ad spiritum spectare. *

* Saepe scriptura sacra, ad indicandam multitudinem, aliquem definit numerum, vbi certum non habemus. Atque ita etiam numero centenario vtitur *Eccles. VI, 3. Prou. XVII, 10. Luc. VIII, 8.* Docet vero ipse Christus *Luc. XVIII, 30.* centum hic non tam centenarium, quam magnum numerum indicare. Cum enim hic ἐκατονταπλασίονα, centuplum, tum ibi πολλαπλασίονα, multiplicata, commemorat. Videtur autem hic adiicienda vox κόρητος, fructus, aliae; vt sensus sit: ἐκατονταπλασίονα κόρητον λίγητερα, centuplum fructum adipiscetur; coll. *Luc. VIII, 8.* Saepe enim substantium omittere, Graeci consueuerunt. Cur autem Christus praemia centupla commemorat? Ut ostendat etiam in hoc mundo multo maiora laboribus praemia a Deo dari, vt veritate muniatur, quod *I. Tim. IV, 8.* asseritur: ἡ ἐνσέβεια πρὸς πάντας ὁ δέλιμός εἶναι, ἐπαγγελήσας ἔχουσα ζωὴν τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. piecas ad omnia utilis est, promises habens & praesentis & futurae vitae.

** Distin-

** Distincte Christus praemia praesentis & futurae aetatis proponit. De huius tempestatis praemiis exponere verba: ἐκετοντας πλαστονα λήψεται, centuplum adipiscetur, inde intelligitur, quod & vitae aeternae opponuntur, & definite a Christo ad hanc vitam reuocantur. Diserte enim apud Lucam cap. XVIII, 30. & Marc. X, 30. adiicit: υἱον ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, δίδις, καὶ ἀδελφούς, κ. τ. λ. μετὰ διωγμῶν; quin sit consequiturus centuplum domos, & fratres, ceter. inter vexationes. Enim vero μετά, praesentium hic notat, nec male, ut & Marc. IX, 24. inter vertitur. Nec est, quod ideo significationem hanc reiicias, quia vexationes praemia euertere videntur. Quamquam enim, qui luce diuina carent, calamitates varias, quas euitare nullo modo possunt, qui Christo sunt addicti, Matth. X, 22. Ioan. XV, 19. I. Ioan. III, 13. Ebr. XII, 6. 7. 8. tanta putent mala, ut miserrimi, & omni gaudio priuati, ipsis videantur, qui a mundo alieni, vexationes tolerare debent, Sap. II, 12-20; tantum tamen abest, ut eorum error euincat, inter vexationes, quibus sectatores Christi abundant; praemia nullum inuenire locum; ut potius ex verbo Dei, fonte Omnis veritatis, euidenter perspiciat, calamitatibus onustos propter Christum, felices & beatos non tantum fore, sed iam esse; conf. Matth. V, 10. 11. 12. Luc. VI, 22. 23. I. Petr. III, 14. cap. IV, 14. Atque ex his admirabilis Seruatoris nostri candor ingenuusque animus conspicitur: siquidem omnibus suis sectatoribus non abscondit, sed detegit, quanta sint illis patienda propter nomen suum, quamprimum modo dicitis suis obedientes esse velint. conf. Actor. IX, 16. XIV, 22. in quibus calamitatibus fideles tamen gloriabantur. Rom. V, 3. Singulare quoque testimonium, quemadmodum vexationibus praemia misceantur, exhibet Paulus II. Cor. VI, 4-10. Ipsa enim, quae videntur, mala πάντα τοῖς οὐαπτῶσι τὸν Θεὸν συνεργεῖ εἰς οὐαπτόν, omnia Dei amantibus, ad bonum conferunt. Rom. VIII, 28. Itaque non impedit calamitates, quo minus metā per inscedatur.

§.

* Quam-

* Quamquam his verbis ea omnia, quae conseruando & alienando corpori inferuiunt, polliceatur Christus; conf. Matth. VI, 33. tamen non tam ad carnem, quam ad spiritum ea referenda esse, re ipsa condocemur. Qui enim, dum Christus Marc. X, 30. ἐὰν μὴ λάβῃ, inquit, ἔσται ταπεινός οὐν ἐν τῷ καρῷ τούτῳ, εἰπεῖς, καὶ ἀδελφούς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγέρους, qui si consequuntur nunc hoc tempore centuplum domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, haec omnia ad corpus traheret; eidem concedendum esset, centum domos, fratres, sorores, matres, liberos & agros proprie dictos hic promitti: quod cogitare absconum. Patet ergo, fratres, sorores, matres, cet. non alios esse, quam quos Christus & suos fratres, sorores, & matres vocat, dum ὁσιοὶ γέρας ἀν ποιήσῃ, inquit, τὸ θέλμα τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν ὑψοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μῆτρη ἐσίν. quisquis voluntatem exsequitur mei patris, qui est in celis, is meus frater, & soror, & mater est, Matth. XII, 50. Marc. III, 31-35. Luc. VIII, 19-21. Domus autem & agri, praeter ea, quibus corpus indiget, regnum gratiae indicant. Cum enim illa omnibus largitur, qui propter euangelium opibus carent; conf. Luc. XXII, 35. tum hoc suo regno omnes, quorum vere emendantur & Christo deditur animus, Matth. III, 2. beat. Matth. V, 5. 10.

S. XXV.

Ad futuri aequi praemia, quae per ζωὴν ἀιώνιον, vitam aeternam, intelliguntur,* quod attinet; certissime illa quidem, nec tamen ut mercedem sibi debitam, sed tamquam hereditatem, accipient, qui, Christum sequuti, omnia reliquerunt. **

* Dum ζωὴν ἀιώνιον, vitam aeternam, Christus pollicetur: statum intelligit, vbi, morti erepto, animaeque restituto corpore, sempiterna felicitate perfruetur fide praeditus. In eo namque est Seruator, ut praemia omnia, quae partim in praesenti, partim in futuro saeculo, iis, qui Christo obsequuntur, a Deo parata sunt, paucis verbis indicet. Scriptura enim omnem caelicularum

rum felicitatem vitam dicit, *Matt. XXV, 46. Ioan. III, 16.* ut contra statum damnatorum mortem vocare solet, *Ioan. VIII, 51. Iac. V, 20.* cet. Dicitur autem beatitas illa vita, quia haec illius fundamentum est. Futuri autem aei praemia per vitam aeternam indicari, cum ex eo patet, quod huius vitae praemiis aeterna vita opponitur, tum ex ipsis Christi verbis, quae Lucas refert cap. *XVIII, 30.* intelligitur. Hic enim diserte dicitur atcipiet, εν τῷ ζωῶντι τῷ ἐξχορεύσαντι ζωὴν αἰώνιον, in futuro saeculo, vitam aeternam. Vbi quin per τὸν θεάντα τὸν ἐξχόμενον, venturum saeculum, παλιγγενεσία indicetur, dubio caret; si, ut puto, supra §. *XV.* dicta, veritate communita sunt. Probe vero futurum saeculum, tanta praemia allaturum, considerandum esse, articulus bis repetitus, & tum substantino, tum adiectivo, non sine pondere praepositus, videtur indicare. conf. *II. Cor. IV, 17. 18.*

** Dicit enim Seruator optimus: Ζωὴν αἰώνιον πληροῦμήσαι, vita aeterna hereditatis iure potierit. Ex quo partim perspicitur, certissimum esse, ut vitam aeternam consequantur, qui Christum sequuntur; partim, non tamquam mercedem labori debitam, sed tamquam gratiosum praemium, eam esse considerandam. Quae enim heres occupo, ea labore non peperi.

§. XXVI.

Vt autem Christus hactenus de praemiis exposuit, quae non tantum apostolis, verum omnibus etiam fide praeditis constituit: * ita vers. 30. ne fame mercedis laborent, & sua facta nimia putarent, omnes monitos voluit, ** dum insignem adiecit sententiam: πολλοὶ δὲ ἔσονται περῶτοι, ἔσχατοι καὶ ἔσχατοι, περῶτοι. Sed multi primi erunt ultimi, & ultimi primi. ***

* Apostolorum praemia considerauimus §. *VI. I. ad XI.* de omnium fidelium remuneracione §. *XXIV. & XXV.* disseruimus.

** Magnam enim mercedis famem prodebat apostoli, quorum nomine Petrus, Christum affatus: 'Idem, inquit, ἡμεῖς οὐκέτι πάντα, καὶ οὐλοῦθάμεν τοι τί ἔρεται εἶμεν; ecce, nos reliquimus omnia, teque sequunti sumus; quid ergo hinc affequeremur?' Itaque Christus non tantum de praemiis exponere, sed & sinistram eorum intentionem corrigerem studuit. Particula ergo δὲ, verum, ad superiora nos reducit, ut sensus sit: infinita quidem erunt praemia piorum: verum cauete vobis a mercedis fame; quandoquidem futurum est, ut multi tempore posteriores maiora & potiora, quam priores, praemia referant.

*** Christo enim in more positum erat, acutas verbis suis interponere sententias, quae deinceps proverbiorum loco habitae sunt. Eo SALOMO GLASSIVS refert: Matth. VI, 3. 21. 34. VII, 2. 5. 16. IX, 12. 16. X, 10. 22. 24. 26. XII, 34. XIII, 12. 57. XV, 14. XXIII, 23. XXIV, 28. ceter. in philol. sacr. lib. V. tract. I. cap. XXI. p. m. 1971.

S. XXVII.

In hac vero sententia non tantum ellipsis verbi substantiū, Graecorum more supplendi; * sed & epanodos, siue earundem vocum, πρῶτοι ἐσχάρτοι, primi ultimi, repetitio inuersioque, ** deprehenditur. Quibus obseruatis distincte, quodnam sit huius sententiae subiectum, quod praedicatum, perspicitur. ***

* Verbum substantiuū saepe latere, nisi expertem graecorum literarum fugit neminem. conf. Matth. V, 3-10. ubi hanc ellipsis osties deprehendere licet. Sed & Lucas, qui eamdem Christi sententiam cap. XIII, 30. ita refert: εἰσὶν ἐσχάρτοι ὁι ἐσονται πρῶτοι, οὐδὲ εἰσὶ πρῶτοι, οἱ ἐσονται ἐσχάρτοι, sunt ultimi, qui primi erunt, & primi sunt, qui erunt ultimi, verbum substantiuū hic ter supplendum esse, condocet. conf. SALOMO GLASSIVS philol. sacr. lib. IV. tract. II. obseru. IX. p. m. 1220. seqq.

** Eiusd.

*** Ejusmodi epanodos occurrit etiam *Ies. V, 20.* *Ezoda VII,*
 6. conf. SALOMO GLASSIVS *I. c. lib. V. tract. II. cap. I. num. 8. pag. m.*
1994. 544.

*** Nam vi oppositorum facile adparet, quod subiectum sint
 primi, de quibus praedicatur, quod futuri sint ultimi, & ultimi, qui-
 bus attribuitur quod futuri sint primi.

XXVIII.

Cum ergo primi ultimi futuri dicuntur, positio gra-
 du loco comparatiui adhibito, * ii intelliguntur, qui & gra-
 tia, & tempore, & opinione aliis priores, ** fide & praemi-
 tis ab iisdem superantur. Vnde & facile intelligitur, quid ul-
 timi, primi futuri, indicent, ***

* Ejusmodi enallagen & permutationem graduum adiectiu-
 rum, vbi positius loco comparatiui usurpat, sacras litteras ne-
 quaquam ignorare, *Luc. XVIII, 14. cet.* döcet. Hic vero positium
 comparatiui vicem habere, vt πρῶτοι, priores potius, quam primos
 indicent, parabola sequenti, qua Christus hanc sententiam illu-
 strat, nimirum condocemur. Ibi enim πρῶτοι, primi, omnes di-
 cuntur, qui ante horam undecimam ad opus faciendum in vineam
 concesserant. vid. *Mattb. XX, 9. 10.* Non tantum ergo primo ma-
 ne, & omnium primi, opus adgressi, sed & hora tertia, sexta, no-
 na, in vineam missi, cum vocentur: πρῶτοι, primi, non modo
 omnium primos, verum omnes potius, qui priores ultimis erant,
 designant.

* Priores autem merito intelligimus esse, qui & gratia, &
 tempore, & opinione alios antecedunt. Idque ex illorum, qui in
 parabola sequenti priores vocantur, perspicitur consideratione.
 Haec enim parabola eo potissimum directa est, vt hanc sententiam
 illustrēt; quae & hoc nomine non tantum in fronte, verum etiam in
 calce eius adparet. Quinam vero sunt, quos priores parabola vocat,
 nisi qui prius gratiam nacti, & ante alios in vineam missi, reliquis
 praestare sibi videbantur, itaque & gratia, & tempore, & opinione
 alios antecedebant? Vnde colligitur, non de hominibus, omni-

Numinis sensu destitutis, sed de iis, qui, doctrina diuina alios imbuenda, mercedi inhabant, Christo sermonem esse. Quid? quod superiori scriptura docemur, Christum ad discipulos, mercedis cupidos, praecipue respicere. Hi enim ea gratia affecti erant, ut multos reges atque vates superarent, siquidem Christus: ὑμῶν μακερίοις οἱ φιλαλημόι, inquit, ὅτι βλέπουσι. καὶ τὰ ἄτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούεται. ἀμήν γάρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προτάπαι οὐδὲ δικαιοί εἰπεῖσθαι σαντοῦ εἰδεν, αἱ βλέπετε, καὶ οὐκ εἴδον· καὶ ακούσατε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· Vestri beati sunt oculi, qui videant, & aures, quae audiant. Scitore enim, multos vates & iustos cupiisse videre, quae cernitis vos, neque tamen vidisse, & audire, quae auditis vos, nec tamen audiuisse. Matth. XIII, 16. 17. Priores etiam a Christo vocati, Marc. I, 13-19. praecipuis praemiis dignos se putabant, Matth. XIX, 27. XX, 20. seqq. Et si vero hoc pacto, & gratia, & tempore, & opinione alios antecellebant: multum tamen, ut labore, ita & praemiis, a Paulo, qui illis erat posterior, superabantur. Cum enim Paulus de se asserere poterat: περισσότερον ἀντῶν πάντων ἐκπλεστε, plus quam eorum quisquam laborau, I. Cor. XV, 10. sine dubio & maiori praemio affectus est: siquidem Deus iusto praemio omnes ornabit, Rom. II, 6. Math. XVI, 27. I. Cor. XV. 40. 41. seqq. Quodsi vero etiam ad omnes omnino Iudeeos, cum primis Pharisaeos, Christum, dum primos ultimos dixit, respicere, affirmaueris; tibi me nequaquam habebis repugnantem. Gaudebant sane Iudei singulari gratia, siquidem illorum erat η ὑιοθεσία, καὶ η δόξα, η ἀναθῆκαι, καὶ γομφεσία, καὶ η λατρεία, καὶ οἱ ἐπαγγελίαι κ. τ. Λ. adoptio, & gloria, & foedera, & legislatio & cultus, & promises, cet. Rom. IX, 4. 5. Priores etiam de regno Dei erudiebantur, & ad aeterna gaudia inuitabantur, Act. XIII, 46. omnibus quoque ethnicis praestare sibi videbantur. Ioan. VIII, 33. 41. cet. Atque ita & gratia, & tempore, & opinione aliis praestabant. Christus tamen diserte eos ethnicis postponit, quando λέγω ὑμῶν, inquit, ὅτι πολλοὶ αἱ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἔξουσι, καὶ αἱ ανατολῆσσονται μετά Ἀβραμοῦ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ὄντων· οἱ δὲ ὑιοὶ τῆς βασιλείας ἐν βληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον κ. τ. Λ. Dico autem vobis, multos ab oriente, & occidente venturos, qui cum Abraham & Isaaco, & Iacobo accumpernabo, audire nos si non intelligitis εἴηντες εἰς τὸν εαυτόν.

bant in regno caelesti: quum interea filii regni in imas recessentur tenebras, cet. Matth. VIII, 11, 12. Phariseis idem adfirmat Christus Matth. XXI, 31. 32. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, inquit, ὅτι ὁ τελῶνας καὶ ἡ ἄνθρωπος προσέγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἡλθε γάρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὅδῳ δικαιοσύνης, καὶ ὅντις ἐπιζέυσατε αὐτῷ· ἐστὶ δὲ τελῶνας καὶ ἄνθρωπος προσέγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Κατέθε γάρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὅδῳ δικαιοσύνης, καὶ ὅντις ἐπιζέυσατε αὐτῷ· ἐστὶ δὲ τελῶνας καὶ ἄνθρωπος προσέγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Credite mihi, publicani & meretrices antecedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes iustitiae via, cui vos tamen non credidistis, quum publicani & meretrices crediderint: quod vos quum videritis, non mutatis tandem sententiam, ut ei crederetis.

*** Nimirum ἔσχετοι ultimi, primi futuri, intelliguntur, qui gratia, tempore, opinione, aliis inferiores, eosdem labore & praemiis post se relinquunt.

§. XXIX.

Haec ergo fuerunt, quae de verbis hisce Christi aureis per ingenii angustiam obseruare licuit. TE, bone Deus, vehementer precamur, ut ea in tui nominis, toto orbe celeberrimi, conuertas gloriam.



PRAEFATI

Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.
Cave nos tuum deus misericordia tua nos protegere.
Omnipotens deus, misericordia tua nos protegere.

AB:153791



86

Reihenfolge



Q. D. B. V.

VERBA CHRISTI

MATTH. XIX, 28. 29. 30.

VARIIS OBSERVATIONIBVS PHILOLOGICIS
ILLVSTRATA.

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

D O M I N O

GVIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, RELIQA,

IN ACADEMIA IENENSI

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
CONSENSV

DIE XXX. IVLII AN. M DCC XXIX.

Si Deus voluerit

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBIICIENT

M. AVGVSTVS GOTTLIEB SPANGENBERG

ET RESPONDENS

GOTTFRIED CLEMENS

BEROLINENSIS.

I ENAE,
LITTERIS BVCHIANIS.